

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Müller/ Theologus  
Doctor & Professor Ordinarius ... Ad Exequias Quas Matronae Honestissimae  
Margaretae Lobecken ... Dn. M. Johannis Steinii, Ministerii Rostochiensis  
quondam Senioris & ad div. Nicolai Pastoris ... relictæ Viduae Matri suae  
desideratissimæ Liberi moestissimi paratas cupiunt Omnia Ordinum Cives  
Academicos ... invitat : P.P. Sub Sigillo Rectoratus d. 9. Martii Anno M DC LXVI**

Rostochi[i]: Kilius, 1666

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770852556>

Druck    Freier  Zugang



Müller, H.

in

M. Lobeck,

uxor. J. Stein.

Rostock. 1666.

44







60.

PROGRAMMA  
QVO  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**HENRICUS Müller**



Doctor & Professor Ordinarius, ad  
div. Mariæ Pastor

Ad  
Exeqvias  
Qvas

MATRONÆ HONESTISSIMÆ

**MARGARETÆ  
LÖBZECREN/**

*Viri pl. Rev. & Preclarissimi*

**Dn. M. JOHANNIS STEINI,**

Ministerii Rostochiensis qvondam SENIORIS &  
ad div. Nicolai Pastoris meritissimi, nunc BEATI  
relictæ Viduæ

Matri suæ desideratissimæ

Liberi mœstissimi paratas cupiunt

Omnium Ordinum Cives Academicos  
seriò & peramanter invitat.

*P. P. Sub Sigillo Rectoratus d. 9. Martie,*

*Anno M DC LXVI*

---

ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



Um in dilectæ suæ laudibus totus hæret Sponsus Salomonæus, inter alia staturam commendat his verbis : רְמָתָךְ וְמִתְחַנֵּן, hoc est, ut Vulgatus & Pagninus sic satis bellè exprimunt ; *Statura tua assimilata est palmae.* LXX vertunt ; *μεγάλης στού ώμου οὐ τῷ Φοίνικι Αρβίλᾳ;* *ανάστασις, exsurrectio.* Symmachus ; *ανάστασις, ατα.* Eodem omnia recidunt

& conjuncta se mutuo juvant ad pleniorum interpretationem. Palmis fertili exstitisse Palæstinam, & imprimitur seu planitiem seu colles Engaddianos memorat Josephus lib. IX. Antiq. c. 1. ubi de urbe Engaddi loquutus inquit ; *τετράστην εἰς αὐτὴν Φοίνιξ ὁ καλλίστης, καὶ ὅμοιός του, cuius tractus egregia palmetta & opobalsamum producit.* Similia habent Hieronymus in Epitaph. S. Paulæ, & ad c. XXVII Ezech. Strabo l. XVII. Aristæas in Hist. LXX Interpp. Egesippus l. IV de excid. Hieros. c. 17. Diodorus Siculus l. XIX Biblioth. Solinus c. XXXVIII Plinium secutus, qui universim de regione l. XIII, c. 4. ait ; *Judea vero inclita est vel magis palmis.* Hinc apud Lucanum libr. III.

*Gazag & arbusto palmarum dives Idumea*  
Virgilium init. III Georg.

*Primus Idumeas referam tibi Mantua palmas*  
& Silium Italic. lib. VII

*Victoria*

Victoria nostra

Cypron Idumæas referat de Pallade palmas,  
Et quidem sublimes erant præ aliis regionis hujus palmæ ac  
quæ in æra recta tenderent elevatis cacuminibus ad multam  
altitudinem, ut Plinius l. c. adstruit & cum ipso Isidorus l.  
XVII Orig. c. 7. jam verò ad fœmineæ pulcritudinis orna-  
mentum id cum primis spectat, ut proceræ videantur statu-  
ræ; qvare, ut eminere judicarentur, subere calceos attollebant,  
ut refert Clemens Alexandrinus lib. III Pædag. c. 2. & depre-  
catur Phaonem Sappho in Ovidianis Heroïdibus,

Ne me despicias, si sum tibi corpore parva,

Solent etiam Poëtæ, cum nobilior matrona & aliarum domi-  
na Virginum incedit stipata comitatu id ei tribuere enco-  
mii, quod cæteris excelsior supereminet cunctis. Ita Virgi-  
lius Dianam lib. I. Æneid. depingit;

Quam mille sequuntur

Hinc atq; bine glomerantur Oreades; illa pharetramus  
Ferti humero, gradiensq; Deas supereminet omnes.

Et Homerus de Latona lib. VI Odyss.

Πασιών δ' ὑπερέγκεια κάρη ἔχει γὰρ μέτωπα

Omnes verò ipsa capite supereminet atq; fronte.

Nostro, quem premimus, Textui convenientius nihil quam  
Theocriti Helena, quæ Idyl. 18 laudatur ob proceritatem,  
comparaturq; cupresso Sponsa, qvemadmodum hic palmæ  
ad similitur. Postquam enim eam exorienti comparaverat  
auroræ, subdit;

Sic & aurea Helena elucebat inter nos  
(statura nempè altitudine superabat omnes genialis Pompæ  
socias virgines,)

Ampla, procula; qualis sulcus in arvis exsurgit,  
Aut in horto cypresus, aut in cursu Thessalonicus equus.  
Hanc igitur ad normam, ut supra reliquæ formæ dotes intel-

*Palmititis  
comparatio*

ligamus etiam mensuram corporis Sponsæ perfectam esse,  
palmae sublimi & erectæ in sylvis arbori ejus פְּנִיר s. aváquos  
l. exsurrectio & statura comparatur. Missa litera, quid mystici  
sub verbis Dilecti lateat ponderandum nunc nobis est. Non  
unæ hic Veterum occurrunt meditationes. Ambrosius, Pal-  
ma, inquit, virens semper manet, conservatione & diurnitate,  
non immutatione foliorum. Nam quæ primò germinaverit folia,  
ea sine ulla substitutionis successione conservat. Imitare ergo eam,  
o homo, ut dicatur & tibi; statura tua similis facta est palma. Ser-  
va viriditatem pueritiae tuae, & illius innocentie naturalis quam  
a primordio recepisti, ut plantatus secus decursus aquarum, <sup>no</sup> ut  
etum habeas in tempore tuo preparatum, & folium tuum non  
defluat. Aliter Gregorius lib. XIX. Moral. c. 6. Palma dum  
crescit, deorsum stringitur & sursum dilatatur; sic sancta ani-  
ma ab imis ad minima incipit, & paulatim ad majora crescendo  
usq; ad amplitudinem perfectæ charitatis pervenit. Nemo enim, si  
eum scriptum est, repente fit summus. Et postea: Potest tamen per  
palmarum crux Christi intelligi. Palma enim in sublime valde crea-  
scens, dulcissimos fructus gignit: & crux Christi cœlestem nobis ci-  
bum preparavit. Cui statura Sponsæ assimilatur, quia pro Christo  
mori non dubitat, quisquis Christum valde diligens digne imitatur.  
Non ineleganter tres Patres apud Delrionem ad h. l. Tua ex  
virtute sublimitas assimilata est palma, quæ radice baudita in pro-  
fundum tendit, sed vertice sublimis admodum attollitur. Tu item  
de rebus terrenis leviter cogitans, quantum corporis necessitas urget,  
mentis altitudine celos attingis, cum ad mensuram etatis plenitudi-  
nis Christi perveneris. Plures plurim sententias, si placet, vi-  
de sis apud Corn. à Lapide, Delrionem, Tuccium, Sherlogum,  
Salazarem, de Ponte, Jansenium, Mercerum & innumeros ali-  
os. Mihi præ reliqvis placet illa quam Beda assert ad h. l. Statura  
Sponsæ, inquiens, assimilatur palma, quia palma in inferioribus  
aspera videtur, in summo autem pulchritudinem & fructus spa-  
ciam

vitatem ostendit: merito huic statura assimilatur ecclesia, sive anima cuiusque fidelis, quae asperos pro Domino portat in terra labores; aspera est palma juxta terram, quia persecutionem patiuntur propter justitiam electi: pulchra est & dulcis in summo, quia gaudent in pressuris & exultant scientes, quoniam merces eorum copiosa est in cælis. In Palma ergo nobis & hujus vita quasi adumbratur tristitia & futura latitia. Palma enim inferius & quam proximè terram contingit, horrida deformisque est, nihil habens quod oblectare possit; ubi in æthera assurgit, & Olympum cacumine excipit, vernans est, spatulisque ac frumentis snavis atque jucunda: ita justorum, quæ in terris est, conversatio misera est atque infinitis vexata laboribus; in coma arboris, h. e. in coelestibus gaudium & exultatio. Experiatur hanc status vicissitudinem BEATA nostra MARGARETA, quam cum bellè adeò actum, ut misera cum esset multorum judicio & suo ipsius sensu, in primis ex quo ærumnosum viduitatis onus sustinuit, nunc felle in mel merum commutato, albis induita palmisque exornata vetricibus, æterna fruatur felicitate. Nata est Matrona honestissima in hac ad Varnum civitate anno restaurata per Christum salutis *MDCXII*. Patrem nacta pl. Reverendum & Amplissimum Dn. DAVIDEM LOBECHIUM, Theologum Doctorem & in hac Academia Professorem, ut & ad div. Jacobi Archidiaconum, Virum de Ecclesia & Academia egregie meritum, DAVIDIS Lobecken/ Civis atq; Mercatoris apud Hamburgenses primarii, filium. Matrem URSULAM Schachte/ piissimam ac ornatissimam fœminam, celeberrimi Theologi B. D. VALENTINI Schacht/ Professoris in hac Academia & ad div. Jacobi Pastoris meritissimi filiam. His parentibus Majoribusque cum orta esset, mox per sacram aquam regenita, atque ita cœlo dicata est NOSTRA. Parentes optimi eam à primis inde annis non eqvidem cu-

tem falso medicamine polluere, non genas purpurisso oeu-  
losve cerussa pingere, non Amadisi pestilentem & ad infi-  
ciendum natum librum avidè perlegere, sed JESUM agno-  
scere, agnatum amare, amato inservire ex animo & verbis  
docuerunt & exemplis. Nec curæ qvicqvam in formanda ri-  
tè atque educanda filia remisit pia Mater, postqvam, orbata  
per mortem LOBECHIO suo, ad secunda vota transiens  
in torum venit Viri Reverendi & Clarissimi M. PETRI  
HINCKELMANNI, Ecclesiastis Jacobæ vigilantissimi,  
qvin potius, adhibitâ mariti, (qvin nomine Vitricus reipsa Pa-  
trem se exhibebat benevolum beneficumqve,) opera, ut pie-  
tatis cœterarumqve virtutum virginalium in ea promotum  
iret incrementum nullum non movit lapidem. Qvo fa-  
ctum, uti cum anni advolarent nubiles, *Anno M DC XVI*  
amplexus ejus castos ambiret & exambiret Vir pl. Reveren-  
dus & Præclarissimus M. JOHANNES Stein Diaconus  
tunc temporis Nicolaitanus, dehinc ejusdem Templi Pa-  
stor & per multos annos Reverendi Ministerii SENIOR at-  
que PRÆSES laudatissimus, Collega & in Christo Frater  
qvondam conjunctissimus, nunc eheu ! desideratissimus,  
Vir sine felle, sine fuco, & ut paucis multa dicam, IPSA VIR-  
TUS, IPSE CANDOR. Conjugium hoc per annos XLVII pa-  
catum fuit nec infœcundum. NOSTRA enim, benedicen-  
te Celo, Maritum suum novem liberorum parentem fecit,  
filiorum scilicet qvatuor, filiarumve qvinarum, ANNÆ, DA-  
VIDIS, URSULÆ I, CHRISTINÆ, MARGARETÆ, JO-  
HANNIS, VALENTINI I, VALENTINI II, URSULÆ II.  
Qvatuor horum teneriori statim ætate diem obiere, pluri-  
umqve adeò numero adscripti sunt. JOHANNES, Gryphis-  
vvaldia redux, cum in excolenda literatura bona occupa-  
retur totus, præpropero abreptus fato, non sine ingenti Pa-  
rentum cordolio, vivos inter esse desit. ANNA superstites  
inter

inter filias natu maxima Anno MDC XL PETRO Küstern/  
Civi ac Cerevisario nuptum data BEATAM nostram 7. fili-  
orum & 3. filiarum aviam fecit. Filiorum natu maximus DA-  
VID, judicij oppidani, qvod est Sverini, Secretarius, adscita sibi  
*Anno MDC XLVI* tori socia fœmina lectissima ANNA Berg-  
manns/ Beati Danckeri, institoris, dum viveret, Gustrovien-  
sis superstite vidua, post decennium elapsum, *Anno 1658.* na-  
turæ debitum exsolvit, nullis post se relictis hæredibus. Filia-  
rum altera MARGARETA *Anno MDC L* in torum veniens  
Viri pl. Reverendi & Praeclarissimi B. M. THEOPHILI Groß-  
gebauern/ Diaconi ante paucos annos ad div. Jacobi bene-  
merentissimi, Viri bonis omnibus desideratissimi, BEATAM  
nostram tribus locupletavit nepotibus neptibusve totidem.  
Promiserat sibi abs felicissimo hoc Conjugum pari levaminis  
multumi, multumve solatii BEATA nostra, sed avocato *Anno*  
*M DCLXI* per mortem utroqve & cœlitibus annumerari cœ-  
pro spe omni, non sine ingenti animi consternatione,  
excidit. Erexit tamen animum, novoqve spei robore sufful-  
civit matrimonium, qvo Filius ejus VALENTINUS II Ci-  
vis heic loci ac cerevisarius industrius, Vir planè eximius,  
Deoq; devotissimus *Anno M DC LXII* sibi junxit emendatissi-  
mi exempli fœminam, qvam si ipsam PIETATEM vocites,  
vix pecces, DOROTHEAM Prizbaurin / B. BERNHARDI  
BALTHASARIS Scharffenberges/ superstitem viduam, qvæ  
IPSAM nepotibus mellitissimis duobus (qveis vitæ proroga-  
tionem, Virtutumqve ac Pietatis incrementum à DÉO ap-  
preciamur maximum,) exhilaravit. En Tibi matrimonium &  
suis respersum voluptatibus, & afflictionum qvodam ama-  
rore subinde temperatum. Hoc illud γλυκύπτεο. s. Svavama-  
rum, de qvo sparsim multa Veteres. Habes Comicum, qvi,  
Ita Diis placitum est, inquit, Ab eodem culmine voluptas & ei  
morer comes sequitur. Habes Apulejum lib. II Florid. qvi, Ver-  
bum

bum verum est profectio quod ajunt: Nihil quicquam homini tam  
letum divinitus datum est, quin ei admixtum sit aliquid difficulta-  
tis. Ut etiam in amplissima qua<sup>z</sup> latitia subsit quapiam vel parva  
querimonia, conjugatione quadam mellis & fellis, ut, si quid illud  
solvit, hoc adstringat. Nimirum ne inescemur terrestribus, & tæ-  
dio qvodam capiamur celestium crucem immittit DEUS. Hæc  
JESUM dulcescere & mundum amarescere; hæc celum dulce  
sapere, & terrestria desipere facit: Sed ad NOSTRAM. Anno M  
DC LXIII d. 16 Novembr. privata illa per mortem marito suo, optimo  
SENIORE, ipsa sibi cœpit esse oneri. Ex hoc turturis adin-  
star solitariam vitam elegit, & gemebunda domi, velut in ora-  
rio, desedit raro visa inter plures, nisi ubi Deo proximoque  
inserviendi oblata est occasio. Virtutum, qvibus Paulus vi-  
duas, verè & animo tales, ornatas esse vult, studiosissima sem-  
per fuit. Speravit in Deo, perseveravit in supplicationibus & pre-  
cationibus nocte dieq; in operibus bonis idoneo testimonio ornata fuit,  
sanctorum (sicubi occasio data) pedes lavit, afflictus subministra-  
vit, omne opus bonum assidue fuit sicutata I Tim. V Die 26. Febr. anni  
currentis dextrilateris dolore corripi lectumve premere cœ-  
pit, qvi cum adeò usq; eam subigeret, ut vires collabascere  
omnes (mœrore & senio non parūm cooperante) persentisce-  
ret, de animæ cura cumprimis sollicita per Virum Reveren-  
dum & Cl. Dn. M. REMBERTUM Sandhagen / Pastorem  
Nicolaitanum vigilantissimum, viatico celesti refici voluit,  
qvo refecta d. 3. Martii inter adstantium suspiria piè placideq;  
obdormivit. Vestrum nunc erit, Cives Academicici, imprimis  
ob B. SENIORIS merita in Ecclesiam undiqvaq; præclara su-  
prenum honorem in duendo *Vidua ejus nunc etiam BEA-*  
*TÆ funere prolixè & cumulate præstare. Qvod uti faci-*  
*atis, enixè etiam atq; etiam adhortamur.*

*Convenietur in templo Nicolaitano circa Imam.*









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770852556/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770852556/phys_0015)

DFG




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn770852556/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770852556/phys_0016)

DFG

inter filias natu maxima Anno M DC XL PE  
 Civi ac Cerevisiario nuptum data BEATAN  
 orum & 3. filiarum aviam fecit. Filiorum nat  
 VID, judicii oppidan, qvod est Sverini, Secreta  
 Anno M DC XLVI tori socia fœmina lectissim  
 manns/ Beati Danckeri, institoris, dum vive  
 sis superstite vidua, post decennium elapsum  
 turæ debitum exsolvit, nullis post se relictis h  
 rum altera MARGARETA Anno M DC L in  
 Viri pl. Reverendi & Præclarissimi B. M. THE  
 gebauren/ Diaconi ante paucos annos ad di  
 merentissimi, Viri bonis omnibus desideratis  
 nostram tribus locupletavit nepotibus neptil  
 Promiserat sibi abs felicissimo hoc Conjugum  
 multum, multumve solatii BEATA nostra, s  
 M DC LXI per mortem utroqve & cœlitibus a  
 pro spe omni, non sine ingenti animi  
 excidit. Erexit tamen animum, novoqve sp  
 civit matrimonium, qvo Filius ejus VALE  
 vis heic loci ac cerevisarius industrius, Vir  
 Deoq; devotissimus Anno M DC LXII sibi jun  
 mi exempli fœminam, qvam si ipsam FIET A  
 vix pecces, DOROTHEAM Prizbaurin / B  
 BALTHASARIS Scharffenberges/ superstitio  
 IPSAM nepotibus mellitissimis duobus (que  
 tionem, Virtutumqve ac Pietatis increment  
 precamur maximum,) exhilaravit. En Tibi n  
 suis respersum voluptatibus, & afflictionum  
 rore subinde temperatum. Hoc illud γλυκύτ  
 rum, de qvo sparsim multa Veteres. Habes  
 Ita Diis placitum est, inquit, Ab eodem culmin  
 maior comes sequitur. Habes Apulejum lib. II



032

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.

Patch Reference numbers on UTT

DFG